226

E

61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

~~N.K. I. 30~~
226 E 61
NKr. 180

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Contra poetas impudicos egregiū Carmē Baptiſte mantuani principis nominis theologoꝝ rhetorum ſimul et poetarum

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Venerandiſſimi dñi Joãnis Tritthemij ſpanhemenſis abbatis in auctoꝛis vitã ſumula. relicta voluminũ numero ꝓpter additamẽta poſterioꝛ

Baptiſta Mantuanꝰ oꝛdinis fratrũ beate marie ſemp virginis de monte Carmelo, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimꝰ et in ſeculariũ literarũ ſciã nulli ſecundꝰ, ſacre theologie doctoꝛ philoſophus inſignis, poeta et oratoꝛ celeberrimus, ingenio excellens, ſermone diſertus, vita ꝛ conuerſatione preclarus, latine lingue decus et grece clarus interpres. metro excellens et proſa. Scripſit vtroqꝫ ſtilo multa egregia volumina: quibus nomini ſuo per vniuerſum orbẽ chriſtianum famam celebrem acquiſiuit.

Sunt quib⁹ eloquiũ datur aurea vena poete:
Sed cadit in ſordes, inficiturqȝ luto.
Nam cyprie curas ⁊ olentia gaudia ponit.
Claraqȝ tam fedo mergitur vnda lacu.
Hoc decus hoc animis carmen celeſtibus aptum
Rebus in immundis degenerare nefas.
¶ Dona dei carmen nitidum facundia preſtans
Mittitur ex aſtris a ſuperiſqȝ datur.
¶ Eſt tuba romane fidei legumqȝ poeſis:
Que canat heroo ſacra deumqȝ pede
¶ Carmina (que ſanctos deus ipſe parauit ad vſus)
Impia mortiferi criminis arma facis.
Quid maculas turpi diuina libidine dona:
Quid teris immundo munera tãta pede:
Non ita hieremias docuit. non thracius orpheus.
Non ita Jeſſei regia muſa ſenis.
¶ Sancta ꝓphanari ſcelus eſt delebile multo
Uerbere. ſupplicio culpa pianda graui.
¶ Uita decet ſacros ⁊ pagina caſta poetas.
Caſtus enĩ vatum ſpiritus atqȝ ſacer.
Si proba vita tibi laſciuaqȝ pagina. multos
Efficis inceſtos. in veneremqȝ trahis.
¶ Uerba mouent animos oris laſciuia pectus
Pulſat. ⁊ in venas ſemina mortis agit.
Improbus has ſordes in carmina ſeminat orcus
(Cui ſtudium mentes cõmaculare pias)
Non ſecus ac vitreũ ſi quis vult ledere fontem:
Proijcit in dulces putre cadauer aquas.
¶ Hoc animaduertas quicunqȝ poemata condis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Eſt opus a ſtygio fer procul amne pedem.
Pelle pharetrati cum matre cupidinis arcū:
Atqꝫ dioneo ſubtrahe colla iugo.
Mater adulterij venus eſt ſtupriqꝫ repertrix:
Atqꝫ lupanari fornicibuſqꝫ fauet.
Caſta dei genitrix caſtus regnator olympi.
Mens capit ambroſias nō niſi caſta dapes.
Lex venerem feſtis vetat exercere diebus.
Sacra miniſtrorū corpora caſta volunt.
Pierides caſte, caſte libetrides vnde.
Tota pudiciciam vera poeſis amat.
Eſt helicon virgo, virgo Peneia daphne.
Caſtalides aiunt virgine matre ſatas.
Ite procul veneris vates heliconis ab amne:
Uirgineus veſtro leditur ore liquor.
Non hedere vobis phebi nō conuenit arbor.
Non amat inceſtas caſta corona comas.
Taxus olens eruca ſalax grauis herba cicute
Sordidulos vates talia ferta decent.
Salmacis eſt vobis Helicon: date vota priapo:
Helleſpontiacis ponite thura focis.
Sit liquor Aſphalti vobis pro phocidis vnde:
Stringit vbi infames ſulphuris ardor aquas.
Deſine pone lyram vates inſane nec vltra
Cum ſtygijs dirces flumina iunge vadis.
Proſtituis muſas meretricis imagine facta et
Ante cauernoſi fornicis antra locas.
Frangis honeſtatem frontis gremiumqꝫ ſinumqꝫ,
Soluis ⁊ infames mittis in orā modos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Omnia das turpi muſis loca ſacra Dione:
Atq; pudicicię non ſinis eſſe locum.
Propterea merito pro vate vocabere lenō:
Elogio ſceleri conueniente tuo
¶ Si legeret caſu ſpurcum Lucretia carmen.
Contereret preſſo carmina lecta pede.
Quod prohibet fieri quod vult natura taceri
Promis & vrbanum mellifluumq; putas.
Falleris haud aliter q̄ qui pro piſcibus hydros.
Pro violis tribulos aut aconita legit.
Id canis a ſola quod ſit meretrice videndū:
Quod niſi laſciuo non queat ore legi.
¶ I procul a grauium cetu ſcelerate virorum:
Fer procul a ſacra relligione gradum.
Hec leuitas grauibus ſit pernicioſa poetis:
Nanq; leues ſtudio credimur eſſe pari:
Non bene de fidei rebus ſentire putamur:
Innocui culpe ledimur enſe tue.
Hi veriti non ſunt ſanctas per ſcorta ſorores
Ducere & ad tantum ſollicitare nefas.
Vina Mimallonie vobis dant cretica bacche.
Et vetat infundi ſordida thyas aquam.
Tale docet ſemeles puer & lemargia carmen
Bacchidas & veneres iſta poeſis olet.
¶ Caſtalium veri potant non vina poete:
Sobrietas fons eſt ebrietaſq; merum
Qui bibit aſſidue gelidis de fontibus vndam:
Et vitreo ſiccam diluit amne ſitim:
Carmina caſta facit veneris commercia vitat:

Nec mouet ad verſus ora pudica leues.

¶ Uina iocoſqꝫ canunt veneris Bacchiqꝫ poete.
Quod latet in vapido pectore carmen olet.
Hi ſunt quos ſtatuens ſancti conſortia cetus
Eſſe procul iuſta iuſſit ab vrbe plato.

¶ Fautores ſcelerum corruptoreſqꝫ iuuente
In mala deceptum plurima vulgus agunt.
Dumqꝫ licere volunt ſuaſit quecunqꝫ voluptas
In mores acuunt ſpicula multa pios.

¶ Improba garrulitas verbiſqꝫ procacibus ardens
Seminat in ſanctam noxia verba fidem

¶ I miſer ⁊ veniam ſuperos pro crimine poſce
Ante flagellati vulnera quinqꝫ dei.
Uoce genu flexo lachrymis ⁊ pectore tunſo
Fletibus erroris damna repende tui.

¶ Carmine qui celebrat veſana cupidinis arma
Et veneri neruos ingeniumqꝫ dicat
Hic iacit in ſaniem violas. in ſtercus amomum:
Atqꝫ ſub oſcenos lilia verna ſues:
Sulphuream lethes haurit de fontibus vndam:
Et ſtygiam lato gutture potat aquam:
Se facit indignum ſuperos qui cernat ⁊ aſtra:
Nam miſer in ſolam lumina vertit humum:
Transfugit a ſuperis ad limina ditis: ⁊ ardet
Gaudia contempto luxurioſa deo

¶ Eſt opus ardentem frenis arcere iuuentam:
Nec ſinere in mores luxuriare malos.

¶ Collige terrenis mixtum de ſordibus aurũ
Gemmaqꝫ in illuſtri ſplendeat iſta loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Eſt deus eſt trinum ſemper laudabile numen:
Unde trahunt rerum ſemina prima genus.
Spirituum ſoboles celiqꝫ decemplicis aſtra
Aſtrorumqꝫ vices multipliceſqꝫ vie.
Sunt anime diuum: nitido quos ethere virtus
Donat, ⁊ hos ſanctos indigeteſqꝫ vocant.
Et que materiam prebent elementa caducis
Rebus. ⁊ eterne dant alimenta neci.
Sunt erebi manes: ſunt tartara nigra. lacuſqꝫ
Sulphurei. ⁊ nigri regna profunda iouis.
Sunt loca penarum ſunt alte ergaſtula mortis
Sub quibus eterno lucifer igne calet.
Sunt ſcelerum pene tormentaqꝫ debita noſtris
Sordibus ⁊ veneri carminibuſqꝫ tuis.
Sunt ea que profert aer que parturit equor:
Que generat pingui dedala terra ſinu.
Multicolor facies agri ſylueqꝫ comantes
Multiſone volucres. multiuageqꝫ fere.
Sunt ſophie partes. eſt ingenioſa matheſis
Uerbaqꝫ clamoſi litigioſa fori.
Sunt hominum vite. ſunt digna negocia verſu
Plurima geſta foris plurima geſta domi.
¶ Collige diuorum mortes. ⁊ fortia facta
Inclyta martyrij bella rubentis habes.
Jugera multifere tibi ſunt telluris ⁊ horti
Nauigium merces veliuolumqꝫ mare
Sunt tibi pampineo veſtiti palmite colles
Sunt iuga. ſunt valles. multicomūqꝫ nemus
Arua. lacus. vrbes. caſtella. ſuburbia ville

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Sunt caua ſunt tenui flumina preſſa vado

¶ Elige de multis aliquid. tibi copia rerum

Maxima materiaꝫ carminis iſta feret

Nata freto venus eſt. veneremqꝫ ſub equora mitte

Infima qua nigris pallet abyſſus aquis.

Id cane quod tetrici poſſint audire Catones

Quod probet hypolyti penelopeſqꝫ pudor

Tunc ego te vatis dignum cognomine dicam

Tunc tua cantari digna poeſis erit:

Tunc helicona bibes: caſtilqꝫ rigabere lymphis

Si venus in verſu non erit vlla tuo

¶ Finis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 61